

Joan. Ab. Joannes Abbas, Portam Caeli esse injuriarum per-

55. Cum meus Jesus penderet in Cruce, & simul cum eo assisteret bonus latro ab eo exorat, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum, ait illi Christus. Hodie mecum eris in Paradiso Luc. 23 n. 42.

Luc. 13. Ille postulat regnum, Christus offert Paradisum; forsitan illud, a quo Adamus expulsus est Minimus, quisquam est paradisi Sanctorum in hac vita, quod est pati, Crucifigi pro Deo, Ibant Apostoli gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habitii sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Act. 5. n. 4. & 5. Tiburtius cum incederet super prunas ardentes nudis pedibus dicebat videtur mihi quod super roseos flores incedam. Corripit dominus petitionem Latronis, ille postulat regnum, Christus ei offert Paradisum iustorum laborum, ut ita valeat ingredi, & habere locum ad regnum Caelorum.

Act. 5. D. Ambros. epist. 19. sic ait, Latroni illi contenti dicitur, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso, ille dixerat, memento mei cum veneris in regnum tuum, Christus non de regno respondit, sed ad causam, Hodie mecum eris in Paradiso, id est reformandum antea, quod amissum est, ut per Paradisum ad regnum perveniat, non per regnum ad Paradisum servatur discipulis, quod plus conferatur pro laboribus, ideoque incolatum promisit, regnum distulit. Sanctus latro, ut perveniat ad petitem regnum Caelorum, datur illi incolatus in paradiso laborum, quod servatum est discipulis, ut per tale Paradisum veniant ad regnum Caelorum.

Per Paulum Rom. 5. n. 2. & 3. Per quem, scilicet Christum, habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem. Primum dicit Apostolus gloriamur in spe, deinde quasi amplius aliquid addens, ait, non solum in spe gloriamur, sed etiam in tribulationibus, quasi major, ac firmiter sit gloriatio ex tribulationibus orta quam qua nascitur ex spe; nam spes tota in tribulationibus enititur, & ubi nulla est tribulatio & angustia, nulla potest esse spes, nam spes sine labore vana, & impropria est. Bernard. serm. in Cantic. ait, Prælibemus primitias gloriae, gloriamur in spe gloria magni, non solum autem, sed ut ita dicam expressius gloriamur in tribulatione, in ea siquidem spes gloria est, tamquam in semine, ac sua radice.

enumerans Christus D. Beatitudines, octava, & ultima est, Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam quoniam ipsorum est regnum Caelorum Matth. 5. n. 10. & cur tam excellens virtus, ut est patientia in persecutionibus, ac adversitatibus in octavo loco constituitur; quia in ea consumuntur, ac perficiuntur omnes aliae Beatitudines, ab eaque ultimum suum complementum habent. D. August. lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 3. Octavam tamquam ad caput redit, quia consummatum, perfectumque ostendit.

Act. 14. n. 2. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias Presbyteros & orassent cum jejunationibus commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Act. 14. n. 2. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias Presbyteros & orassent cum jejunationibus commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Act. 14. n. 2. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias Presbyteros & orassent cum jejunationibus commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Act. 14. n. 2. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias Presbyteros & orassent cum jejunationibus commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VI. a Vers. 22. usque ad 27.

Vers. 22. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, quo nomine intelliguntur Episcopi, Diaconi, & alii ministri. Similis sermo est apud Titum cap. 1. num. 5. Ut constituas per Divinitates Presbyteros, Aliqui ut Erasmus, Pagninus, & tygurina vertunt, Cum per suffragia elegerint, vel creassent Presbyteros. Quod non intelligitur per suffragia populi, ut quidam dixit, sed per electionem Pauli, Barnabae, & forte etiam suorum Discipulorum.

Cum jejunat omnibus, commendaverunt eos Domino Arias ordinantes illos. Oratio, & jejunium praemissum fuit cum manu impositione, sicut in ordinatione Pauli, ac Barnabae superiori. cap. 13. Lyranus hic per orationem intelligit etiam sacrificium Missae, est praclarissima, & valde solemnitas oratio, in qua ex dispositione Ecclesiae conferuntur Ordines.

Vers. 23. Venerunt in Pamphiliam, est Asiae minoris regio, qua nunc simul cum Cilicia dicitur Caramania, Pisida vero est Cilicia pars.

Vers. 24. Et loquentes verbum Dei, praedicantes & annuntiantes evangelium in Pergen, qua est Vrbs Pamphiliae, descenderunt in Attaliam, perperam Vatablus legit Italiam; nam haec, de qua agit, Regio est Pamphiliae in Asia teste Ptolomeo, & Strabone, sic appellata a Rege Attalo, & inde dicitur Attalicum opus, in quo staminibus sericis aurea subtegmina rutulantia intextuntur, & dicuntur apud nos Tella, de quo Plinius lib. 3. cap. 18.

Vers. 25. Traditi sunt gratia totis viribus, incumbebant ministerio gratiae, ut illam praedicarent, ac plantarent in cordibus hominum per evangelium in opus, quod compleverunt, seu ut Athiopius legit, quod fecerant, de quo quaest. seq.

Vers. 26. Cum venissent retulerunt quanta Deus fecit cum eis, non dicunt, quanta ipsi fecerunt, sed quanta Deus fecit, omnia deo tribuentes, qui per eorum manus tot, & tanta fecit praedicatione evangelica, ac tantis editis miraculis; sic ait Paulus 1. Corinth. 19. n. 15. Non ego sed gratia Dei mecum Cumque reserassent fores fidei, alii legunt, ostium praedicatione Evangelica ad fidem, ac baptismum ad salutem aeternam.

Vers. 27. Morati sunt autem tempus non modicum, Syriac. Multum egerunt illic, confirmando, ac corroborando eos in fide, ac doctrina Evangelica Baronius existimat mansisse ibi biennium, nempe anno Christi 49. 50.

QUESTIO IX.

Quare sacri Apostoli dicuntur traditi gratia Dei?

Dicitur vers. 25. quod Paulus, & Barnabas traditi erant gratia Dei. Syriacus, quod commendati erant gratia Dei. Quod dupliciter exponunt AA. Cornelius, Menochius, & alii, quod cum Apostoli navigassent in Antiochiam, discipuli, ac Christiani faustis praedicationibus eos abeantes prosequerentur, ut gratia Dei eos dirigeret, ac custodiret in pace. Vel alius sensus est, Traditi gratia Dei

Dei, id est Spiritui sancto illos moventi, ac expositi ad ministerium praedicationis Evangelii inter gentes, ut dictum est superiori cap. 13. n. 22.

66. Lorin. Aptius tamen mihi videtur dicendum cum Lorino, Traditi gratia Dei, id est totos se dederunt gratiae Dei, ut ab illo gubernarentur, ac dirigerentur in omnibus suis operibus; sicut ipse Apostolus ait 1. Corinth. 5. n. 5. Tradere huiusmodi Satanae, ut ab eo dirigatur, ac impellatur in omne malum, & ut explicat D. Ambrosius, d. Aug. D. Hieronymus. sicut etiam de quibusdam ait idem Apostolus Ephes. 4. n. 19. Semetipsos tradiderunt impudicitiae, sicut de quibusdam dicimus tradiderunt se vitiiis, ut laxis habenis illis inservirent in omnibus operibus.

67. 1. Cor. 3. Gratia Dei vocat ad opera. Sic & Apostoli à gratia, & per gratiam dirigebantur in omnibus suis operibus, sicut ait ipse 1. Corinth. 3. n. 10. Secundum gratiam Dei, qua data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui, quamvis ego videar, quod sapienter posuerim fundamentum Ecclesiae Corinthiacorum, quod ibi feci, ex meis viribus non feci, sed ex Dei gratia, sic & modo, quod per tot, & tantas Provincias praedicaverim Evangelium ex gratia Dei est.

68. Cant. 1. Ait anima sancta Cantic. n. 16. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, leltulus noster floridus, tigna domorum nostrorum edrina. Immediatè cap. seq. num. 10. respondit divinus Sponsus. Ego flos campi, & lilium convallium. Illa vocabatur ad lectulum, & domum laqueatam, ac bene compositam, hic vero ad campos, & valles; illa quiescit, & dulci somno volebat indulgere, & magno suo palatio gaudere, ac vero divinus Sponsus quietem abiciens ad campos, & valles convocat ipsam tamquam ad exercitia, & luctamina; nescit enim divini Sponsi gratia otium, sed semper nova operum molimina quaerit, ut pullulantes, & recentes virtutum fructus germinet. D. Bernard. serm. 47. in Cantic. Ego flos campi & lilium convallium; illa morante lectulum, ille vocat ad campum, ad exercitium vocat.

Hic venit bonus ille amicus de quo loquitur Dominus, Luc. 11. n. 5. Quis vestrum habet amicum, & vadit ad illum media nocte, Cur non alia hora, mane, vespere, vel diluculo, seu in noctis crepusculo, sed media nocte. Hora valde opportuna ad somnum, & quietem ex communi hominum usu, ille Dei amicus, ille alius gratia advinculatus, qui nullo otio, nulla quiete tenetur, sed semper promptus, & expeditus est ad labores, & vigilias, ad hoc respicit D. Chrysologus serm. 39. & ait, Hoc tempus est, quod inter praeteritos, & futuros labores ardens animus ad divina nihil indulget corpori nihil quieti, sed antequam finiat transacti diei opera, in hoat, & anticipat jam futuri, ista satis hora impetrandi.

69. Luc. 11. Gratia nescit otium, quaerit vigilias.

70. Chrysol. Hic venit bonus ille amicus de quo loquitur Dominus, Luc. 11. n. 5. Quis vestrum habet amicum, & vadit ad illum media nocte, Cur non alia hora, mane, vespere, vel diluculo, seu in noctis crepusculo, sed media nocte. Hora valde opportuna ad somnum, & quietem ex communi hominum usu, ille Dei amicus, ille alius gratia advinculatus, qui nullo otio, nulla quiete tenetur, sed semper promptus, & expeditus est ad labores, & vigilias, ad hoc respicit D. Chrysologus serm. 39. & ait, Hoc tempus est, quod inter praeteritos, & futuros labores ardens animus ad divina nihil indulget corpori nihil quieti, sed antequam finiat transacti diei opera, in hoat, & anticipat jam futuri, ista satis hora impetrandi.



CAPUT XV.

1. Et quidam descendentes de Indea docebunt fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari. 2. Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabe adversus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam a se aliis ad Apostolos & Presbyteros in Ierusalem super hac quaestione. 3. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phoeni-

cem, & Samariam, narrantes conversionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cum autem venissent Ierusalem, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & Senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

5. Surrexerunt autem quidam de haeresi Pharisaeorum qui crediderunt, dicentes; Quia oportet circumcidi eos, & accipere quoque servare legem Moysi.

6. Conveneruntque Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc.

7. Cum autem magna congregatio fieret, surgens Petrus dixit ad eos; Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere.

8. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut, & nobis.

9. Et nil discrevit inter nos, & illos, sive purificans corda eorum.

10. Nunc ergo quod tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri neque nos portare potuimus?

11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum, & illi.

12. Ita ut omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum, narrantes quanta Deus seisset signa, & prodigia in gentibus per eos.

13. Et postquam tacuerunt respondit Iacobus, dicens, viri fratres, audite me.

14. Simon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex Gentibus populum nomini suo.

15. Et huic concordant verba Prophetarum, sicut Scriptura est.

16. Post haec revertar, & reaedificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta eius ruina aedificabo, & erigam illud.

17. Ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens haec.

18. Nunc a saculo est Domino opus suum.

19. Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum.

20. Sed scribere ad eos, ut abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicationis, & suffocatis, & sanguine.

21. Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis Civitatibus, qui eum praedicant in Synagoga, ubi per omne Sabbatum legitur.

22. Tunc placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barsaba, & Silam viros primos in fratribus.

23. Ibenes per manus eorum Apostoli, & Seniores fratres, his qui sunt Antiochia, & Syria, & Cilicia, fratribus ex Gentibus salutem.

24. Quoniam audivimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras, quibus non mandavimus.

25. Placuit nobis collectis in unum eligere viros, & mittere ad vos, cum charissimis nostris Barnaba, & Paulo.

26. Homines, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

27. Misimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipsi vobis referent eadem.

28. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil



- ultra imponere vobis oneris quam hac necessa- ria. 29. Ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, & quibus custodientes vos, bene ageris. Valet. 30. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam. 31. Quam cum legissent gavisii sunt super consolatione. 32. Judas autem, & Silas, & ipsi cum essent Propheta verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmaverunt. 33. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos, qui miserant illos. 34. Visum est autem Sila ibi remanere, Judas autem solus abiit Ierusalem. 35. Paulus autem, & Barnabas demorabantur An-

- tiachia, docentes, & evangelizantes cum aliis pluribus Verbum Domini. 36. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Revertentes visitemus fratres per universas civitates, in quibus predicavimus Verbum Domini, quomodo se habeant. 37. Barnabas autem volebat secum assumere, & Ioanem, qui cognominabatur Marcus. 38. Paulus autem rogabat eum (ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non esset cum eis in opus) non debere recipi. 39. Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem, & Barnabas quidem assumpto Marco navigaret Cyprum. 40. Paulus vero electo Sila profectus est, traditus gratie Dei a fratribus. 41. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias, precipiens custodire precepta Apostolorum, & Seniorum.



ARGUMENTUM.

ANTIOCHIAE suboritur grandis quaestio, an illi, qui ex Gentibus convertebantur ad Christianam Religionem, tenerentur circumcidi, & legem Moysis observare? ad quaestionis solutionem mittuntur Paulus, & Barnabas Ierolymam ad Apostolos, & Presbyteros; qui congregato Concilio determinant Christianos non teneri, nec obligari lege Moysis, quo responso Anthiochiam delato Paulus cum Sila, & Barnabas cum Ioanne, Marco proficiscuntur praedicare Evangelium Dei gentibus.

Cap. 15. num. 1. Et quidam descendentes de Iudaea docebant fratres; Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE I.

a Vers. 1. usque ad 5.

1. Lycan. Vers. 1. Quidam descendentes de Iudaea, quia, ut notat Lyranus, est in altiori situ, quam Anthiochia Docebant fratres Gentiles nempe Christianos, semper contra justos, & sanctos exoriantur mala, ac adversitates, ut eos valeant perturbare, ac inquietare. circumcidamini secundum morem Moysi. Syriacus, Ritu Moysis. Arabicus, secundum consuetudinem. 2. Per circumcisionem per Synecdochen intelligebant totam legem Moysis, quia circumcisio, professio, initium, ac ostium ad illam erat, & iudaei tam tenaces erant ad suam Mosaicam legem, in qua fuerant educati, ut dicerent, quod cum solis Iudaeis fuerit promissus Christus Iesus, per quem est salus & vita, ut horum aliquis particeps fieret prius debebat fieri Iudaeus; hujus erroris Auctor fuit Corinthus ut testantur D. Epiphanius haeres. 28. Philastro lib. Haeres. 8. D. Augustinus in Catalog. Vers. 2. Facta ergo seditione non minima. Syriacus. Ortus est tumultus plurimus, & disceptatio Arabicus. Orta est altercatio, ac disceptatio non exigua, & contra quos, adversus illos, scilicet Paulum, & Barnabam, negantes circumcisionem esse necessariam ad salutem, cum alii affirmarent ut pote Iudaei, ut exponunt Glossa Interlinealis & Hugo; ac Caieranus extendit seditionem fuisse etiam inter Christianos, statuerunt, ut mitterentur

Paulus, & Barnabas. Et quidem alii ex aliis. Scilicet ex parte adversa Cerinthi, & Iudaifantium, ut auditis partibus res plenius determinaretur ab Apostolis.

Ad Apostolos, scilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem, nam alii Apostoli erant dispersi per orbem. Clemens Alexandr. lib. 6. Constit. cap. 12. affirmat, quod duodecim apostoli dispersi per orbem, nutu Dei convenissent Ierolymam ad hanc causam determinandam. Haec sententia non placet; quia Paulus de hac re agens ad Galatas 2. num. 9. solum illos tres nominat, ergo non fuerunt plures deinde illi tres sunt praecipua capita Apostolorum, Petrus Pastor totius Ecclesiae, Iacobus Antistes Ierolymorum, Ioannes Secretarius divini Verbi. Tandem ille liber Clementis continet multa apocrypha ut tenent Baronius tom. 1. Ant. Bellarm. & alii.

Et Presbyteros tum Episcopos, tum etiam Sacerdotes, nam Episcopi habent jus Suffragii in Conciliis, Sacerdotes vero intersunt tamquam doctores, & Conciliarii, de quo videndus Bellarm. de Concil. cap. 15. & 16.

Vers. 3. & 4. Illi vero, scilicet Paulus, & Barnabas deducti sunt ab Ecclesia cum multo honore, & per loca, & civitates, per quas transibant, sicut & cum venissent Ierusalem referebant omnia, quae fecerant in sua peregrinatione, & quomodo tot, & tantas civitates producerant ad fidem. 7. vers. 5. Surrexerunt quidam de haeresi Pharisaeorum. Syriacus. De doctrina Pharisaeorum. Arabicus. De secta factionis Pharisaica. Cu Paulus, & Barnabas venissent Ierolymam, & exposuissent ob quam causam venerant, insurrexerunt, & se opposuerunt contra eos quidam de haeresi, nomen haeresis hic non sumitur in malam partem, ut notant Lorinus, Estius, & Menochius, sed idem habet, ac de doctrina Pharisaeorum.

QUESTIO

QUESTIO I.

Quare isti, qui excitantur quaestionem contra Apostolos non nominantur, sed dicuntur, quidam?

8. Maxime notandum, quod Authores hujus dissertationis, ac controversiae suo nomine expresse non nominantur, sed tantum communi, ac vulgari vocabulo dicuntur: Quidam descendentes de Iudaea, & iterum vers. 5. Surrexerunt quidam, tamquam homines vulgares, ignobiles, ac sine nomine scribit D. Lucas 12. num. 15. At autem ei quidam de turba, Magister dicit fratri meo, ut dividat mecum hereditatem Praelate notat Evangelista, quod iste non erat vir honoratus, nec ex prima nobilitate, sed ex infima plebicula de turba, ut notavit Petrus Damianus lib. 1. Epist. 18. ad Alex. 2. & ait: Notandum, quod Lucas praemisit quidam de turba, itaque non ut Levita vel Clericus, sed ut de turba videretur. Laicus rogat Iesum pro divisione. Nam sicut Levitici, ac nobilis est, euncta unione conglutinata, ita ignobilis, & plebei universa discordia dispergere. Ait Apostolus Paulus 1. Corinth. 3. num. 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis; Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, Ego Apollo, nonne homines estis. Maxime notat Apostolus divisiones, & contentiones, quae inter vos vagantur, quod quidam se dicunt discipulos Pauli, alii Apollinis, alii Cephae, ut dixerat cap. 1. n. 12. & inde Apostolus multum eis exprobrat, quod sint homines carnales, & secundum hominem ambulent. & cur tanta exprobratio in eos apte D. August. tract. 1. in Joann. sic ait, Quos Deos volebat facere? quibus exprobrat, quod homines essent vultis nos? videte, Ego dixi Dei esus, & c. Psalm. 8. num. 1. ad hoc enim vocat nos ne simus homines. Deus sua alta providentia nos vocavit, & voluit facere unione, ac concordia Deos per participationem ad imitationem trium Divinarum Personarum; tamen per divisionem, ac dissensionem totam nobilitatem amisimus, & facti sumus homines, viles, carnales, & lutei.

Infim: homines dicitur seminant Luc 12.

Damian.

1. Cor. 3.

Vno facit Deos dicitur seminant terrenos

D. Aug.

Psal. 8.

QUESTIO II.

Quare hac dissensio, ac controversia contra Apostolos tam multipliciter crevit?

10. Valde mirum quantum haec dissensio, ac controversia de circumcisione contra Paulum, & Barnabam creverit, & multiplicata fuerit, illam cepit publicare Cerinthus; inde, ut ait Textus, facta est seditio non minima, seu ut habet Syriacus, Ortus est tumultus multus, ut necesse fuerit consulere Apostolos Veniunt Paulus, & Barnabas Ierolymam, novos contradictores inveniunt, Surrexerunt quidam de haeresi Pharisaeorum; & jam non loquuntur solum de circumcisione, sed etiam de observatione totius legis Moysis; quia oportet circumcidi eos, & precipere quoque servare legem Moysi. Cum quidam se separant a debita unione, statim divisiones, ac dissensiones crescunt, ac multiplicantur. Ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 18. Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo; non ait scissuras

11. 1. Cor. 11.

ram in singulari, sed scissuras; quia nunquam una sola perficit, sed una multas parit, & generat, & fecunda multarum est mater.

Ahias Salonites propheticis spiritu repletus praedixit Roboamo magnam partem Regni Israelis sub eius potestate subjugandam, & Propheta mo- dus maxime expendendus est Ait textus. 3. reg. 1. n. 30. Apprehendens Ahias pallium suum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras, haec enim dicit Dominus Deus Israel, E. ce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Ad quid erat pallii scissura, ad hoc indicandum satis sufficiens erat quod pallium in duas partes divideretur & quod maior, ac praecipua daretur Ieroboamo, Quis potest dubitare, quod tali signo res sufficienter denotabatur? Ad quid tot scissurae? Ut ita significaretur, quod populus segregatus a sua debita ac convenienti unione, non in una, sed in multiplicibus divisionibus, & seditionibus dispartitur, ac scinditur, Rupertus l. 5. in lib. reg. cap. 4. sic ait, Cur tot scissuras Propheta fecit, cum pallium suum in duodecim scidit, nempe si nihil aliud, quam regni unius divisionem in duo regna significare volebat, poterat unum pallium scindere in duas partes. Quae ergo spiritus Domini magis sic placuit, & tot scissuras fecit, plane, & in hoc vera rationis constantia est, scissum nempe a domo David illud regnum Israel, deinceps adversus se ipsum divisum fuit decem. Una divisio catenatim secum multas adducit.

Vidit Nabuchodonosor arborem sublimem, & altam, cuius sublimitas attingebat Coelum, & ita spatibatur, ut suis ramis, foliis, ac fructibus totum adimpleret Orbem. Tunc Sanctus Angelus clamavit de Coelo, Succidite arborem, praecidite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius, & fugiant bestiae, quae subter eam sunt, & volucres in ramis eius, Daniel 4. n. 11. Relinquo sensum literalem hujus rei, de quo late Glossa Interlinealis Theodoretus, Lyran. Carthusianus Hugo, qui per arborem intelligunt Nabuchodonosor, qui segregatus est a suo regno per ramos, filios, & nepotes, per folia pulchritudinem regni, per fructus divitias, ac opulentias, per bestias subditos, ac clientes, sed tantum quaero cur praecisa arbore tot scissurae fiunt; consequens erat, quod ex una multa divisiones nascerentur in ramis, foliis, fructibus, & in his, quae ad eam confugebant.

Act. 15. n. 6. Conveneruntque Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE II. a Vers. 5. usque ad 12.

6. Convenerunt Apostoli. Syriacus, Convenerunt sunt, & subdit Textus, Videre de verbo Hoc. Aethiopic. Quid faciendum esset de hac re. Consultare, ac determinare; quid faciendum esset in hac re, & hoc extitit primum Concilium, quod celebratum est in Ecclesia sub Petro Apostolo, & Claudio Imperatore anno Christi 54, ab ipso passio fere 20, secundum autem Concilium extitit Nicenum anno Christi 325, sub S. Sylvestro Papa, & Constantino Magno.

Vers. 7. Cum autem magna conquisitio fieret, Syriacus, Multaque habita disceptatione, tunc jam res controversa, ac disputata, auditique rationibus pro utraque parte, Petrus, ut Princeps omnium, ac Pri-

Vna mi- carum mater.

12.

Divisio debita unita e multas divisiones parti.

Rupert.

13.

daniel. 4. Glossa. Theod. Lyran. Carthu.

14. Syriac. Aethiopic.

Primum Conci- lium.

15. Syriac.